



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XI. Markgraf Ludwig überläßt dem Domstifte zu Soldin das Patronat über die Pfarrkirche zu Straußberg, am 25. Februar 1353.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

et donamus discretis viris Magistris Gylldarum et unionis ac communitati carnificum civitatis nostre Strutzberg, fidelibus nostris dilectis, plenarium nostrum et benivolum consensum, singulas et universas libertates cum Judeis civitatis eiusdem super mactatione et vendicione carniū exercendas denuo regendas et tenendas sub modis formis et condicionibus, quibus civitatum nostrarum Berlin et Colne carnificibus cum Judeis earundem civitatum super premiffis carniū mactacionibus et vendicionibus observandis, easdem libertates confirmavimus et nostris duximus litteris confirmandas. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus, sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt: Nobilis vir Guntherus, Comes in Swartzburg nec non strenui viri Johannes de Hausen curie nostre Magister, Schweickerus de Gundolfingen, Beringerus Haele Marschalcus noster, Wolfhardus de Satzenhouen, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum in Berlin, Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, feria quarta die beati Johannis Apostoli et Ewangeliste.

Aus dem nach dem Originale berichtigten Abdrucke in der Diplom. Geschichte der Stadt Straußberg S. 412 Nr. II.

XI. Markgraf Ludwig überläßt dem Domstifte zu Soldin das Patronat über die Pfarrkirche zu Straußberg, am 25. Februar 1353.

Noverint, quod Ludovicus Romanus etc. intuitu remunerationis divine ob reverenciam et honorem omnipotentis dei, genitricis ejusdem beatissime virginis marie et omnium sanctorum et precipue beatorum apostolorum petri et pauli et in salutare remedium animarum progenitorum nostrorum, nostre et successorum et heredum nostrorum dedimus, donavimus et donamus, in perpetuumque damus irrevocabiliter, honorabili viro Theodorico Morner preposito nostro et protonotario, Alberto decano totique capitulo ecclesie collegiate Soldinensis caminensis dioecesis, capellanis nostris presentibus et futuris, jus patronatus ecclesie parochialis in Strutzberg et ipsam ecclesiam brandenburgensis dioecesis cum omnibus proventibus, redditibus, fructibus, obvencionibus ac juribus et pertinencijs universis et singulis ad ipsam pertinentibus, que ad ecclesiam soldinensem perpetue debeant pertinere, dantes et concedentes plenam et liberam et meram autoritatem et potestatem nostram venerabilibus in christo patribus et dominis episcopis brandenburgensis ecclesie, pro tempore qui fuerint, qui dictam ecclesiam unire possint et valeant ecclesie predictae Soldinensi vel prebendis pluribus ipsius ecclesie aut uni, sicut eis videbitur expedire. In cujus etc. presentibus G. juniore comite de Schwartzburg, Haffone de Valkenburg, Haffone de Vchtenhagen, Ost, Jo. de Sliwen, Lotterpeck, militibus, Henningo de Marwitz cum ceteris. Datum Fredeberg, Anno MCCCLIII, feria II post oculi.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlungen des Königl. Geh. Staats-Archives fol. 103 und der Bresl. Univers.-Bibliothek.